

cū oleo si qui perungantur: Cædrides hoc est fructus cædri tussim sanant: urinā ciunt: aluum sistunt: utiles ruptis conuulsis: spasticis: stranguriæ: uuluis admoti. Contra lepores marinos eadē quæ collectionibus supra inflammationibusque. De galbano diximus neq; humidū neq; aridū probatur: sed quale docuimus. per se bibitur ad tussim ueterem: suspitia rupta conuulsa. iponitur ischiaticis: lateris doloribus: panis. furunculis: corpori ab ossibus redenti. Strumis: articuloꝝ nodis: dentium quoque doloribus illinitur & cū melle capitis ulceribus. purulentis infunditur auribus cum rosaceo aut narodo odore comitialibus subuenit: & uulua in strangulatu: & stomachi defectu: Abortus nō exeūtes trahit appositu uel suffitu. item ramis hellebori circūlitum atq; subiectū. Serpentes nidore urentium fugari diximus: Fugiunt & perūctos galbano. Medef: & a scorpiōe percussis bibif & in difficili partu fabæ magnitudine in uini cyatho: uuluaq; cōuetas corrigit. In myrrha autē & in uino mortuos partus extrahit. aduersatur et uenenis maxime toxicis cū myrra et uino serpentes oleo et spondylion mixto tactu necat: nocere urinæ existimatur.

De hāmoniaco & styrace: & spondilio: & sphano: & terebintho: & camepites: & pityusa: & resinis & picea. & lentisco.

Cap. vi.

Imilis hāmoniaco natura atq; lachrymæ probande: ut dixim⁹ mollit. calefacit. discutit. dissoluit. Claritati uisus in collyriis conuenit. pruritū cicatrices. albugines oculoꝝ tollit. Dentium dolores sedat. efficacius accensum. Prodest dispnoicis. pleureticis. pulmonibus. uescis urinæ cruentæ. Iyeni ischiaticis potū. Sic & aluū soluit. Articulis podagræ cum pari pondere picis: aut caræ & rosaceo coctū. Maturat panos. extrahit clauos cū melle. Sic & duritias emollit. Iyeni cum aceto & cara cypria uel rosaceo efficacissime iponitur. Lassitudines perūgi cū aceto & oleo exiguoq; nitro utile. Et styracis naturā i peregrinis arboribus diximus. placet præter illa quæ diximus. maxie pinguis. purus albicantibus fragmentis. Medetur tussi. facib⁹. pectoris uitis: uulua præclusæ duricia ue laboranti. Cit mēses potu. apposituq; aluū mollit. inuenio potu modico tristitiā animi resoluit: largiore contrahi. Sonitus auriū emendat ifusu strumas illitu neruorumq; nodos Aduersatur uenenis: quæ frigore nocent: ideo & cicutæ Spondylion una demonstratum ifunditur capitibus phreneticorum: & letargicorum. item capitis doloribus lōgis Cum uetere oleo bibitur: & in iocinerum uitis morbo regio comitialibus. orthopnoicis. uuluarū strangulatione. quibus & suffitu prodest. aluum mollit. illinitur ulceribus serpentibus cū ruta. Flos auribus putelentis efficaciter ifunditur. Sed succ⁹ cū exprimitur itegendus est quoniam mire appetitur a muscis & similibus. Radix de rafa & i fistulas coniecta callū earum derodit. auribus quoq; instillatur cum succo. Datur & ipsa contra morbum regiu ut in iocineris uitio & uuluarum. Capillos crispōs facit peruncto capite. Splachnon siue sphacos siue bryon. & in gallia ut indicauimus nascitur uuluis insidentiū utilis. itē genibus & sceminū tumoribus mixtus nasturtio & aqua salsa tritus. Cū uino aut resina succus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cū uino & iunipero tritus & potus. Terebinti folia & radix collectionibus impo nantur. Decoctū eorū stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in uino. & contra difficultatē urine. Ventrē leniter. emollit. Venerem excitat. piceæ & laricis folia trita et decocta i aceto dentium dolori profunt. Cinis corticum inter trigini et ambustis. potus aluum sistit. Urinā mouet: Suffitu uuluas corrigit. piceæ folia priuati et iocineri utilia sunt drachmæ pondere i aqua multa pota Siluas eas dūtaxat quæ picis resinæ quæ gratia radūtur utilissimas esse phthificis: aut q̄ lōga ægritudine nō recolligūt uires satis cōstat. Et illū cæli aera plus ita q̄ nauigationē ægyptiā pficere pl⁹ q̄ lactis habebidos per montiū æstiuā potus. Chamepytis latine a iuga appellatur. diciturq; ppter abort⁹ ab aliis rhus terræ Cubitalibus ramis flore pinus & odore. altera læuior et icurua similis. Tertia eodē odore et ideo noie quoq; paruula coliculo crassitudine digyali foliis scabris. exhib⁹. albis in petris nascēs Oēs hærbae sed propter cognationē nominis nō differendæ profunt aduersus scorpionū ict⁹ itē iocineri illitæ cū palmis aut cotoneis. Renibus et uesciæ decoctum earū cū farina hordeacea. morbo quoq; regio et urine difficultatib⁹ ex aqua decoctæ bibūtur. nouissima contra serpetes ualet cū mele Sic et apposita uuluas purgat. Sanguinē densatū extrahit pota. Sudores facit perunctis ea. peculiari ter reniblis utilis est. Fiunt ex ea et hydropicis pilulæ cū ficu aluū trahentes lumborum quoq; dolore uictoriati pondere in uino finit. et tussim recentētē mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere p̄tinus dī. Cum honore et pytiusa simili de causa dicitur quā quidam in titymali genere nūerāt. Fru tex est similis piceæ flore paruo purpureo. Bilē et pituitā per aluum d̄trahit radix decocti hemia aut seminis lingulua in balanis folia in aceto decocta surfures cutis emēdant. Māmas quoq; mixto rute decocto et tormina et serpentū ictus et in totū collectiones incipientes Resinā e supradictis arboribus gigni docuimus et genera eius et nationes in: ratione uini ac. postea in arboribus Cui⁹ sumæ spēs duæ sicca et liquida sicca q̄ i pinu et picea fit liquida e terebintho larice lentisco cupisso nā et ea